Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

posiuit: Propterea igitur se coli deus expetit & honorari ab homine tamq̃
pater: ut uirtutem ac sapientiam teneat: que sola immortalitatem parit: Na
qua nullus alius preter ipsum donare tam pot Qua solus possidet pie
tatem hominis: qui deum honorauit: hoc affert pmio: ut sit meritu beato
sicut apud deum & cum deo semper :—

VI. Pulcra & multum utilis gradatio.

PVic totam rationem breui circũscriptione signemus: Sed ideo mun
dus factus est: ut nascamur: Sed ideo nascimur: ut cognoscamus fac
torem mũdi ac nostri deum: Sed ideo agnoscimus: ut colamus Sed ideo
colimus: ut immortalitatem pro laborũ mercede capiamus: Quoniam ma
nus laboribus constat dei cultus: Sed ideo pmio immortalitatis afficimur: ut silẽs
angelis efficiamur summo patri ac domino nuptiarum seruiamus: & simus eter
num dei regnum: Hec summa rerum est: hoc archanũ dei. hoc misterium
mũdi: a quo sunt alieni: qui sequentes pstem voluptatem terrestribus &
fragilibus se bonis addixerunt: & animas ad celestia genitas suauitatibo
tamq̃ luto ceno ue demerserunt: Quaeramus nunc uicissim an in cultu
deorum ratio ulla subsistat: Qui si multi sunt si ideo tantũ ab hoĩbus colũ
tur: ut prestent illis opes: victorias: honores: quoq; alia non nisi ad presens
valent: si sine causa gignimur: si in hominis procreandis prouidentia sub
laueratur: si casu si nobis metipsis ac voluptatis sue gra nascimur: si ni
hil post mortem sumus: quid pot esse tam supuacuũ tam inane. tam in
num. q̃ humana res. & q̃ mundus ipse: qui cum sit incredibili magnitu
dine: tam mirabili ratione constructus tamen rebus inepti uacet: Cur
& H. ventorum spiritus cieant nubes: cur emicent fulgora. tonitrua mu
giant: imbres cadant: ut fruges terra producat: ut varios fetus alat:
Cur denique omnis natura rerum labore: ne quid desit earũ rerum quibo
uita hominũ sustinetur si est manifestum ad nihilũ interituros. si nihil
est in nobis maioris emolumenti deo: quod si est dictu nephas: nec pu
tandum est fieri posse: ut non ob aliquam maximam rationem fuerit costi
tutum: quod iudicat maxima ratione constare: que pot esse ratio in his
erroribus primarum religionum & in hac persuasione phiorũ: qua putant
animas interire profecto nulla: Quid H. habent dicere: cur diis hominibus
tam diligenter suis quoq; temporibus exhibeant: an ut illis far & merum de
mus: & odorem thuris. & sanguinem pecudum: que neq; immortalibus
grata esse possunt: Quia sunt fragilia neq; usui esse expti bus corporum
Quia hec ad usum corporalium data sunt. & tamen si ea desiderarent:
sibi ipsi possent exhibere cum vellent. Siue igitur intereunt anime. siue
meritũ manent: quam rationem continet cultus deorũ: aut a quo mũ